

**A** qui ex tristitijs, & uigilijs, atq; cogitationibus laborant, urina crocea est, & ignea, & extra consuetudinē cholericā euenit cū morsu ueretri exiens. Nam, qui ex multo labore sudātes deficit & frigescunt, pulsus eorum mitior inuenitur, & lassior. Urina uiridis & turbulentā appetet. Quæ si subito asperitatem, & rubei uini colorem assumperit, & calor defecerit: aut si fuerit uersa in album colorē, aut dolorem articulorū, aut aurum nunciat apostema, id est parotidas. q; si cholericā supradicta urina abundans fuerit, & non supradictum dolorem habuerit, eius ægritudinē solutionem ostendit futurā. Vrina alba & spissa bonam significat sanitatē: si tamen capitīs dolor non fuerit. Si aut talis coloris urina in initio ægritudinē uenerit, contractionē corporis futuram denunciat. Illi uero, qui nimia fatigatione fuerint lassi, pulsus habent maiorem & lassiorem, in hisq; urina rubra est & candida. Quibus uero indigestio ciborum febrem attulerit, pulsus eorum labētior & mi-  
tior ictu, & pro cedente tempore acrior fit. Urina uero eorum multum ru. est. Quibus inguinū dolor febrem mouerit, pulsus est maximus, & grandis ictu, & uelox, atq; spissus. Urina his subalbido colore appetet, & communis ut in cæteris ephemeras.

De urina & pulsu causi, synochi, & synoche.

**B** Causus & synochus, hi ambo habent pulsum synochæ consimilem: non horarum declinatio-  
nes similes. quibus si lingua fuerit arida, & uomitus cholericus & urina liuida: mors significatur.  
Vrina crocea & turbulentā cum nebulis nō bonis, & pluribus diebus in eis non egesta: aut lōgin  
quam ægritudinem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea si guttatum stillando fuerit egesta,  
uentris constrictiōne malam cum animi turbatione, & angustia ostendit. Vrina alba & aquo-  
sa in augmēto ægritudinē, aut in statu uenienti, labore corporis cum frigore, & maciem nunci-  
at futuram. Si uero pinguis fuerit, mortem significat. Vrina similis spermati hominis, imminentia  
nunciat. Vrina uiridis critico die immutata, mortem ostendit. Vrina uiridis si se mutauerit in al-  
bum, aut aquosum colorē, typicam ægritudinem uenturam significat. Vrina æruginoſa strangu-  
riam significat. Vrina ni. & tenuis, cum nebulis, phrenitum ostendit, maxime si odor uitiosus fue-  
rite ei, quibus autem fluxus sanguinis ex naribus uenerit, solutionē eius ægritudinē statim fore si-  
gnificat. Vrina æruginosum habens colorē, spasmodum significat. Vrina ni. & tenuis cum aurium  
obtusione, & insomniā, & in se nebulam habens, tempus longum eius ægritudinē nunciat, & san-  
guinis fluxū imminere ostendit. Vrina sanguinea cū dolore capitīs, & hypochondriū dextræ par-  
tis, statim subitanam mortem significat. Vrina pinguis sine febre senibus eueniens apoplexiā  
facit, quæ cum soluta fuerit, caliginem oculorum cito transeuntem, & delectationem cibi ostēdit.  
**C** Vrina turbulentā & non uaria, crīsim cum dolore aliquo uenturam ostendit.

De urina & pulsu in homotoño, epacmaſtico, & paracmaſtico.

**D** Homotonus pulsum habet grauem, spissum & folidum. Acmaſticus uero pulsum habet ui-  
gentem, & folidum, sine intermissione. quibus grauiſ est, per singulos dies & horas febris aug-  
mentatur, nullo statu uel declinatione interueniente, urina rufa in his inuenitur. Paracmaſticus au-  
tem in secundo uel tertio die cum declinatione pulsum tenet mitiore, quamvis in principio uehe-  
mens fuerit. In his ergo omnibus præscriptis passionibus si urina fuerit colore liuida, & tenuis cō-  
stitutione, phrenitum futuram denuntiat: quā longo tempore protrahi significat. Vrina colore al-  
ba, & constitutione tenuis, cū nebulis non bonis, renum & dolore, & indignationē significat: si in  
bono colore, & in die critico cōuersa fuerit, certū discussionis tempus denuntiat. Si uero ex bono  
colore in malum die critico conuersa fuerit, futurā mortem ostendit. Vrina cholericō colore, ne-  
bulam albam habens, & furfures supernatantes, aut longam ægritudinē, aut mortē significat. Vri-  
na tenuis cum nebulis non bonis, phrenitum, siue mortem aut spasmodum significat. Vrina alba si  
se mutauerit, apostema celerius uenturum scias. Vrina turbulentā, & tardius residens, maxime si  
sanitas interaneorum fuerit, & permultos dies perseuerauerit, & non se mutauerit, pro certo scias  
acutas febres in tertianam cōuerti. Vrina subalbida, & spumosa, aut rufa, & si ex cholericō humo-  
re ipsa ægritudo nata fuerit, mortem significat: q; si eo tempore sanguis de naribus fluxerit aquo-  
sus subito, & à solito abundans: & tenuem se urina fecerit, & diu perseuerans non se mutauerit:  
frigus subitaneum demonstrat uenire: pro quo frigore fit ægritudinis solutio non bona. Vrina  
cum sudore si in febrium augmento fuerit, & abundantia urinæ fuerit, mortem cito uenturam nū  
tiat. Vrina rubra & spissa modo supradicto, mortem cito futuram significat. Vrina rubra & spis-  
sa si fuerit egesta frequentius, & si dolor capitīs, & scapularum affuerit, & auditum patiens obtu-  
sum habuerit, & hypochondriorum dolorem senserit: futuram phrenitum denunciat. quōd si in-  
fra septem dies soluta fuerit, ictericum facit: & si non fuerit soluta, & in macronosema uenerit, &  
nebulæ non bona in eadem fuerint: ex eadem phrenitide morietur. Vrina alba, & aquosa, & ne-  
bulam bonam habens, & cum odore bono egesta, supradictam phrenitum purgat. Vrina lactea si  
in initio ægritudinis iuuenibus euenerit, non bonum significat. Vrina alba, spumosa, & nebulosa,  
non bonum significat: & si in critico die, aut post criticum diem superuenerit, solutionem ægritu-  
dinis ostendit. Vrina nigra cum sudore, non bona signa imminere ostendit. Vrina puluerulen-  
ta, & maxime si frigus, & lippitudo oculorum fuerit, & caligo, & superiores partes in sudorem ue-  
niant, uenturum spasmodum denunciat. quōd si se supradicta urina abstinuerit: & dolor capitīs cum

Spurij:

Ei in sudore

## GAL. ATTRIBVTVS AL TER

sudore corporis fuerit, spasmū statim uenturū ostendit. Vrina non bonum colorem habens, & si E non fuerit digesta, uel constitutionem urinę animalis similē habuerit, & missa in calice cito resede rit, & amens patiens fuerit, & insomniā senserit: spasmum significat, aut mortem. Vrina sine nebulā turbulentā, non bonum significat. Vrina nigra, aut liuida, non sine periculo erit. Vrina crocea, & spissa, laborem, & dolorem, & grauedinē in hac ægritudine, siue mortē ostendit. Vrina tenuis, maxime si dolor capitīs, & scapularum, & insomniā fuerit: phrenitīn, & paracopen, & demē tiam, siue cardiacā significat. Mulieribus tñ hoc tale signū mortem significat. Vrina tenuis in critico die si aspera facta fuerit, statim sudorem uenturū demonstrat. Vrina suprascripta post crīsim si se mutauerit, eius febris fiet repetitio. Vrina spissa, & cholérica si fuerit in augmento febris, mortem significat. Vrina nigra, per uarios colores frequenter mutata cum nebulis non bonis, & ue- luit concisis, & separatis, & frequenter in nigrum colorem conuersa, phrenitīn cum morte signifi- cat. Vrina nigra, & lucida, cum sudore, & dolore hypochondriorum, mortem nunciat. Vrina te- nuiſ, & boni coloris, frequens, & multa egesta, macronosema, & solutionem ægritudinis osten- dit, sed apostema scias esse futurū, & per uentris solutionē ægritudinis crīsim demonstrare. Vrina alba & turbulentā, & nō composita, aliquē dolorē cū periculo nunciat. Vrina nigra, & spissa non boni coloris, si multus uescicæ dolor fuerit: mortem significat. Vrina nigra & tenuis, & æstuosa, si E æstatio fuerit cū fastidio, & si turbatū sensum patiens habuerit, & nō recte intelligat, & loquat̄, aut malefactio nō defuerit: mortē ostendit. Vrina, quæ ueluti florem uini supernatantē habuerit, phrenitīn, aut paracopen uenturam ostendit. Vrina ualde lucida, phrenitīn uenturam ostendit.

### De quartanis febris.

Quartana febris in initio pulsum rarū, & segnē facit, & in alto positū. declinātē aūt passiōe in- uenit pulsus lassus, sordidus & segnis. Cui caułē tempore accidente frigido, minuitur pulsus accē- so calore. Vrina in his misto calore appetit maxime pallida, uel fusca & indigesta uidetur.

### De tertianis febris.

Tertianarīs pulsus est ingēs, citatus, uehemens, creber. Vrina in eis crocea, aut satis rubra, qua- si sanguinea uidetur.

### De quotidianis febris.

Quotidianis febris pulsus est minor, q̄ quartanæ. Vrina eorū candida appetit, aut spissa, aut turbulentā. Vrina alba si longo tēpore perseuerauerit, frigora soluit. Memineris aūt quanto quar- taniorum pulsus à tertianarīs minor est, tanto quotidianorū à quartanarīs inferiorem esse. Vri na nigra quartanā nunciat. Vrina cū nebulis scissis, macronosema significat. Vrina nebulas cho- Glericas habens, in ægritudinē acutā transire significat. Vrina quæ uelut rasuram habuerit, & arenā & in nebulis quasi sanguinem, syntexin renū. i. colliquationem ostendit. Vrina phlegmatica si ap- paruerit sicut Sol in lympidis coloribus, indignationē renū denūciat. Vrina alba si se subito in malum colorem mutauerit, proximā nunciat mortem. Vrina tenuis si post crīsim uenerit, & lon- go tēpore perseuerauerit, repetitio cuiuslibet ægritudinis fiet. Vrina tenuis si in malū colorem se post crīsim mutauerit, & ij qui patiuntur prima ætate fuerint, contractionem corporis significat. Vrina aspera si post crīsim fuerit, in eandem febrem redintegrari demonstrat ægrotum.

### De dolore capitīs.

Caput dolentibus si urina liuida fuerit, augmentum significat. Vrina rufa ut superior demon- strat, quibus si sanguis de naribus fluxerit, huius doloris fiet solutio.

### De synanchicis.

Synanchicis pulsus est paruuſ, uelox, & densus, qui qñ ad periculum ueniunt, sine pulsu sunt.

### De cardiacis.

Cardiacis pulsus est paruuſ, & densus, quibus imminentī periculo pulsus fit catoryctus. i. de- fossus, uel decidiuſ, & quando creuerit, quasi iaculum contrahitur, & fit uelox, & paruuſ, & mi- nus clarus, & inanis, & uelut creber, ac ubi cœperit crescere passio, incipit vibrans esse, non clā- rūs, cum tremore & formicatione, incognitus, & se subducens. At ubi cœperit grauari, pulsus fit densior, & post defectior, quibus uelut inclusus esse sentitur, quod est pessimū signum. quæ quā- do ad melius uenerit, pulsus inuenit exaltatus, & bene dispositus, & leuis iectus. Vrina eorum al- ba & aquosa, cum nebulis albīs, eorum ægritudinis solutionem ostendit. Vrina in eis spissa quan- do fuerit, quæ spissitudo si uelut scissa appetit, paralyſin significat.

### De pleuriticis.

Pleuriticorum pulsus est spissus: quæ passio quando facta fuerit grauior, pulsus plus conspissa tur, & fit uelox, & ualidus, & ueluti fluctuans, & inspicientium digitis uelut ungues sentitur. Quādo autem ad perilemoniam cōuertitur, pulsus fit spissior, quam supradictis. Vrina tenuis, & fa- niosa si in initio ægritudinis uenerit, & per multos dies manferit, phrenitīn futuram nunciat, maxi- me si eis tussis sicca, & insomniā fuerit. quibus si sanguis narium, & plurimus dolor uenerit, solu- tionem ægritudinis huius futuram nunciat. Vrina pinguis, & rufa mortem futuram ostendit. Vri- na alba, & subliuida mortem demonstrat. Vrina tenuis habens uelut līmum liuidum, indigestio- nem, aut mortem nunciat.

Deperi-

**A** De peripleumonicis.  
 Peripleumonicis pulsus est ualidus, & spissus, qui quando ad periculum uenerint, pulsus fit tardus, & ueluti non comparens, & formicans. Vrina eorum nigra, cum uarijs nebulis mortem futuram ostendit. Vrina sanguinea, cum nebulis supradictis, uitæ periculum nunciat. Vrina indigesta in initio, & ante crisim, significat mortem futuram.

De cachecticis.

Cachecticis, & phthisicis pulsus est lassior, & talis morituris imminenter efficitur.

De dysentericis.

Dysentericis, & iliacis est pulsus lassus, minus tamen quam cachecticis, quibus si cum singultatione pulsus fuerit, mortem futuram ostendit.

De hepaticis.

Hepaticorum urina alba, & spissa, et plurimū egesta, sanitatem promittit. Vrina sanguinea, mortifera est. Vrina nigra, & turbulenta, & uelut capillosa, & aliquid rasuræ habens, mortem significat.

De spleniticis.

B Spleniticorum urina rufa, uel nigra intemperata, & tenuis, periculum uenturum ostendit. Vrina lucida nimis, bonum signum significat, quæ si cum nebulis fuerit, quasi conglobatione instanti, bona imminentia ostendit.

De ictericis.

Ictericorum urina intemperata etiam ut supra, protractionem in longum tempus significat. Vrina rufa, & spissa plurimum egesta, sanitatem, & solutionem uentris promittit.

De hydropicis.

Hydropicorum urina intemperata, & pauca, & rufa quando fuerit, mortem annunciat.

De iliacis.

Qui dolorem ilium patiuntur, illis pulsus est densus: & si ad periculum ueniunt, fit eis pulsus mitior.

De ijs qui in renibus patiuntur.

Iis qui in renibus patiuntur, pulsus pigror in una manu, maior, ac uehemens, plenus uel siccus aut celer inuenitur. In altera uero manu pulsus inuenitur paruuus, aut imbecillis, aut inanis, dispari tempore respondens.

De nephriticis.

C Nephriticorum pulsus lassus. Vrina in his rufa si fuerit, non bonum significat, si causa in peius protrahit. Vrina in his spissa & color uelut sperma hominis, mortem significat. Vrina uinosa, augmentum doloris significat.

De apostematibus.

Qui eruptionem patiuntur apostematum, his pulsus est spissus, qui neq; in declinatione, neq; in augmento mutatur.

De ulceratione rerum.

Iis qui rerum ulcerationem habent, urina spissa apparet, habens uelut carnes supernatantes, nimium dolorem uentris significat.

De scabie.

Scabiem in uesica habentibus urina si spissa apparet cum furfuribus supernatantibus, dolorem futurum ostendit. Vrina saniosa, & plurimum egesta, & uelut coagulata, aut aliquam eruptionem in renibus, aut initium calculi in proximo uenturum ostendit.

De ischiadicis.

Ischiadicorum urina sanguinea, & tenuis, & intemperata, in dolorem si uenerit, acriorem dolorem uenturum ostendit.

**D** De arthriticis.

Arthriticorum urina sanguinea, & tenuis nimios dolores uenturos indicat. urina rubra, & nebula, dolorem cessare significat.

De opisthotonitis, & emprosthotonitis.

Opisthotonitis, & emprosthotonitis pulsus est in tenuitate deductus.

De cognitione urine.

In omnibus his infirmitatibus, i. phthisi, hydrope, apoplexia, epilepsia, peripleumonia, paralyssi, cholica, dysenteria, si urina rubra fuerit, mortem significat. In phrenitica uero uel pleuritica, synocha, caulo, tertiana, si urina alba fuerit, aut sublivida, mortem significat. Vrina alba sine febribus, in masculis, siue foeminis, dolorem laterum, & aliquando rerum significat, & prægnantē foeminae significat aliquantulum. Vrina asterica, id est habens quasi stellas, ubi foemina est, multum dolorem stomachi, grauitatemque capitum: masculis, scapularum dolorem significat. Vrina si superius claritatem habuerit, & inferius nebulosa, & sublivida fuerit: dolorem rerum significat, & coxae, & genu, & superius stomachi. Vrina si superius fuerit subnigra, & plena, & inferius claritatem habuerit: inferius dolorem rerum, & superius grauitatem capitum, obturationem aurum & narium significat, quod fumus stomachi facit. Vrina alba, & nuda in omnibus, debili-

Spurij.

Et in tatem,

## GAL. ATTRIBVTVS AL TER

tatem, & frigiditatē significat corporis. Vrina alba, & pinguedinosa, uel iumentina, dolorem renum significat, & uesicæ, & capitis aliquātulum. Qui səpius ad urinam uadit, infrigidationem ueſicæ significat. Qui patitur uitium hepatis, urinam rubram, & obscurā habet. Vrina pulmonis pinguedinosa, & alba, peripleumoniam significat. Si urina spumosa superius fuerit, significat stomachi uentositatem, & aliquando desiderium ueneris, & tuſſim & frigiditatem.

De febribus maioribus.

Vrina quasi ignea, significat tertianam. Vrina sanguinea, synochum causon significat. Vrina sanguinea, & obscura, causon significat. Vrina de pleuritide, quasi fex est. Iuuenes raro moriuntur inde, & senes raro euadunt, sed q̄ quarta die solutionē habuerint, nō euadūt. Vrina in febribus roſea, & obscura, phrenitin significat. de synocho. n. incidit homo in phrenitin. Si fœmina habuerit urinā uelut iumento simile: dolorē uulua, seu matricis, & febrē significat. Cura fœminarū hæc est, si doluerit uulua, post balneū accipiat trypherā magnā, & sero mittat. 3. ij. de eadem in uulua,

De uulneribus sanandis.

¶ Miftura ad uulnera sananda. Rx pilosellā pro ulcere, saluīam pro paralyſi, uiolam pro dolore, agrimoniam ad curandum, hederam terrestrem ad sanandum, melangiam ad aperiendū, opopanacē, ne contrariū ſint ſibi cibi, tenericulam pro pleuritide, dictatum, quæ etiam irrationalibus ſubuenit, TaP. pimpinel morsus ſerpentū curat, betonicam pro febre, † quinquefolia pro expellendo ſanguine uel pueris: ad conſtrigendum plantaginem, ad conſolidandum conſolidā, eiecta pilosella, & melangia.

¶ Miftura perfectissima ad plagam. Recipe buglum, i. herba uenti maior. i. conſolidā. m. foeniculum pellū, uel pīmpinellam, pīndemontis. ¶ Emplastrum ad uomitum reſtrigendum. Recipe maſtiches, cymini, añ. 3. i. baccarū lauri. 3. i. tere, & cum ſucco rutæ collige, & ſuper ſtomachum pone, & mirabeſis effectum. ¶ Ad idem. Zingiberis. 3. ij. pinſe, confice cum melle, in ſtomacho pone, ſtatim ſtrin git. ¶ Emplastrum ad febrem. Tolle radices rafani, & frige cum melle, & fac inde tentam, & mitte in tuſtis, poſtea tolle agrimoniam, & pinſe, & fac emplastrum, & ſuperpone. Si uis ſcrofulas abſq̄ plaga curare, pone ſuper eas corticem nucis ualde pinſitam, & poſt. ij. uel. ij. dies aufer, & pone ibi dem nepitam herbam, tuſtam: & poſt tres dies tolle, & impone ſanguisugas, & sanabitur.

¶ Emplastrum barbarum, quod facit ad omnia uulnera recentia, proprie autem ad neruorum, & muſculorum contuſiones. & laetata intumescere non patitur, articulos incifos iungit, & omnium hominum periculofißima ſanat mirifice, interius prius iniectum, poſtea extra appositum plaga ueteres, & fistulas ſanat, uel conſolidat. Recipe ceræ, reſinæ frixæ, picis frictæ, bituminis, omniū añ. 3. iiij. opopanacis, aluminis, & uitreoli, croci, gallæ, omphacinæ, olei ueteris añ. 3. iiij. ceruſæ, mannae, thuris, aluminis ſcifli, æruginiſ campanæ, omnium añ. 3. iiij. confice ſic. pulue. Grem terendorū cum ſufficienti aceto in mortario ſine intermiſſione tere, ſolubilia cum oleo & ce ra ſoluta medicamini adde, & ſufficienter commiſſe: quando autem commiſſum fuerit, compoſitū magdaliunculis conde, & uſui refuera. ¶ Ad ſicum. Puluerem radicis philipendulae. i. ſiſalidos dabis patienti interius, & exterius ſuperpone.

¶ Medicamen ad dolorem dentium. Succo hederæ terraneæ, aut herbæ in aure miſſo, in ea parte, qua dolor eſt, ſtatim mitigatur dolor. ¶ Ad idem. Senencionis ſuccus in aure eiusdem partis miſſus, mirabiliter tollit dolorem. ¶ Ad idem. Succus herbæ calendulæ per nares eius partis miſſus, que dolet, dentes putridos excutit, & dolorem ſedat.

¶ Fumigium ad deſtillationem uiuile, & ad rheumatismum fauicium. Recipe ſtyracis, ſicuum pīnguiū, florū amygdalarum, hyoscyami ſeminis, omnium quatuor. 3. viij. fac ſic. Hæc omnia trita in puluerem redacta, cum ſicubus, & ſtyraxe diu terendo commiſſe, & in trochicos informa, quandoq̄ opus fuerit, poſtos ſuper carbones lentisci, ut traiectorium ſuperimpone, & patiens ore aperto fumum accipiat donec ſuſtinere præualet, & hoc ter in die faciat, mane, & meridie & uesperi, & interpoſitis tribus diebus aut quinque, iterum atq̄ iterum faciat, donec ſanus erit. Accipe auripigmentum, & diu tere, ut multum tenuis puluis inde fiat, & album oui, & miſce cum prædicto puluere. quibus H bene miſtis, accipe pannum ſubtiliſſimum, & infice in illo miſto, ita quod totum absorbeatur ab illo panno, poſtea pone ad Solem ut bene ſiccat, poſtea incide pannum, & Rx. fruſta ad minus demū uſq̄ ad. ix. dies. ponat unum fruſtum ſuper prunas poſitas in tegula, & inueniat in fundibulum, mittatq̄ ſuper pannum, ſumū qui inde exhalauerit per canellam in fundibuli in ore recipiat.

¶ Ad guttan probatiſſimum experimentum. Accipe cornu cerui, & incide per partes, quas inciſas poſte in lebete cum uiño albo, & tandiu fac bullire, quod ſolummō ſexta pars uiñi remaneat, & ſic cornu proīce, & uiñum in pyxide reponere, quod coagulabitur: & de illo loca dolentia perunge.

¶ Ad idem. Accipe nouem folia laurus, & pone unum in uero. poſtea lardi fruſtum, & ſic facias pro uno quoq̄ folio unum fruſtum lardi, quibus poſtitis accende, & guttas lardi in paropſide collige, & loca dolentia perunge.

¶ Ad ſicum deſtruendum. Accipe puluerem herbæ capilli ueneris, & cepe, & aristoloch. rotund. apone ſuper iſum, & ſine dubio deſtruitur. ¶ Ad hominem loqui impotentem propter phrenitin. Accipe lapillum de oche, & bene tere, & puluerem cum aqua tepida tribue, & ſine dubio liberabitur.

GALENO

A



# GALASCRIPVT LIB DE SPERMATE

CENSURA.

*Et hic quoque liber summis, & maximis erroribus refertus est.*

*De ortu foetus ex spermate.*

B



PERM A hominis descendit ex omni corporis humore, q̄ sit ex subtilliore natura quatuor humorū. hoc autē sperma habet neruos, & uenias proprias, attrahentes se à toto corpore ad testiculos: qui nerui, et uenae, ex fricationis calefactione uiri & mulieris emittunt illud, sicut ex collisione ferri, & petrae elicit ignis. Et hī nerui & uenae diuersi sunt à nērūis & uenīs urināe. urina em̄ luos p̄prios meatus habet, & istud suos. Sperma uiri fortius est & calidius muliebri: muliebre uero, nutrimentū est spermatis uirilis. Secundū igitur naturā spermatis, ut ex subtiliore natura quatuor humorum procreat, in coeundo emittitur completum & animatum, ac tunc spermati muliebri associatum recipit cum quodā spiritu in matrice, & ibi impinguescit ex matricis calore & somēto, spiritu p̄ arterias subtilest attracto. alijs em̄ spiritus est ille, qui uenit per arterias subtilest, & fouet matricē exterius: alijs est, qui cum utroq̄ spermate in eam intrat. Et ille spiritus, qui exterior est, non permittit exire spiritum interiorem, sed constringit eum ad fouendum infantem, & calefaciendum. Postea uero uenit in matricē quidam alijs spiritus existens ex subtiliore natura sanguinis: qui iungens se spermati uertit illud in naturam carnalem per matricis calorem, sicut hepar uertit phlegma in sanguinē in duobus uasis: in quibus operatur fortiter operam suā cū uirtute fellis. nec mirum si hepar operatur illud fortiter cū opera fellis: quia indiget magna opera ut uertat illud, quod t̄ graue est in sanguinem. Spiritus uero, qui est ex subtiliore natura sanguinis, nō indiget tanta opera. leuiter enim uertitur in sanguinem per matricis calorem sperma: quod ex subtiliore sanguinis constet natura. Quibus in sanguinem conuersis, illa substantia incipit suscipe re figuram hominis per calorem naturæ: & unaquaque die in sui fomentum sanguinem attrahit, & in carnem uertit, crescitq; in formatione hominis per naturalem spiritum, propriam naturam singulis dans membris, & similitudinem, scilicet alias ex acutis acuta firmans, ut digitos, uel res acutas cū acutis, ut in iuncturis ossium, & sic in cæteris. Prius autem formantur humeri, ex quibus caput, & latera, & brachia & tibiæ: ex lateribus renes: ex renibus coxae, prius simul iunctæ, & postea una formando separatur ab altera. Demum uero formantur nerui & uenae. Et post hæc interior natura semper mittit harmoniam suam ad nutrimentum to tuis corporis, intus & extra. Intestina uero ex spiritu efficiuntur, & expletis diebus triginta apparet masculi figura, fœminæ uero figura peractis diebus quadraginta. Figura itaq; humana peracta crescit infans, impinguescit: & tunc aperit os, incipiuntq; ossa crassescere ex calore ueniēt à matrice per spiritum naturalem: hic em̄ calor habet uirtutem conformandi totum corpus. Fiunt autē ossa ex quatuor humoribus, principaliter tamē ex grauiori sanguinis natura: purgat enim sanguinē. Medulla uero ex subtilio in natura illius grauedinis. Ossa aciuntur in compositione digitorum, manuum, & pedum. Et per actis mensibus tribus, in masculo uenae incipiunt exire inguinum constitutionem: in fœmina ue-

D ro post tres menses, & deinceps mouetur infans in utero, & sanguis menstruus, qui quotidie ex cibo & potu in corpore matris augetur uel efficitur, agitatur in corpore, uolens exire, & subtilitate sua per poros, quos aperit, uenit in mamillas, ubi ex earum calore & humiditate mutat in album & dulce, sed maior pars illius menstrui descendit in matricem ad nutriendum infantem. Quod autem infans ex sanguine ad matricē descendente nutrit, qui emitti solet menstruo tempore ante conceptum, testatur Hipp. sic, Vidi fœminā prægnantem minuisse sanguinē per brachium, & in tercia die abortū mississe. Viri autē menstrua ideo non patiunt, quia poros habent, per quos sanguis ille tendens uertitur in pilos, quod patet in brachijs, & pedibus, & in cæteris partibus. Spiritus quoque per os, & nares fortiores emittunt, quam fœminæ, per quæ exiccant humores illius sanguinis, qui p̄ sudorem emittuntur. Sicut em̄ aqua exiccatur in vase ex ignis calore, & per fumū emittit: sic ille sanguis à suo proprio calore exiccatus, fumū ex se generat, qui per os & nares exit, pilosq; & sudorem, qui per poros subtilest exeunt. fœmina uero non tantum non enim tanti caloris est.

*De natura pueri secundum quantitatem, & qualitatem matricis, & spermatis.*

Quantitas autem infantis formatur ex quantitate matricis hoc modo. Si matrix longa & strita fuerit, longus & gracilis puer erit, & sic in cæteris. Sunt autē in matrice spermatis receptacula septē, & tot creantur pueri, in quot ex illis ceciderit sperma. In dextram matricis partem si sperma Spurij.

Ei in cadet,

<sup>†</sup> ap. crassum.

# GALENO ASRIPTVS LIBER

cadet, masculus fiet infans. illuc em̄ calor & humiditas per hepar, calor & siccitas ex felle uigent. Si aut̄ sperma uiri debile spermatis mulieris fortiori associatū illuc uenerit, infans licet masculus, mu- liebris tñ est fragilitate mēbrorū, & animi, et moribus. Potestq̄ fieri etiā ex p̄dicta spermatis uiri fragilitate cū forti mulieris spermate infans utriusq; sexus. Si aut̄ sperma in sinistram matricis partem cadet, fit foemina, ex splenis & phlegmatis qualitatibus. Et si sperma uirile p̄rauælet, fit uirilis ac fortis foemina, quādoq; pilos à granones habēs: potestq; ut diximus supra de uirili, foemineum sperma hoc similiter nimirū fragile utriusq; sexus infantē reddere. Et nota q; si sperma uiri forte sit, masculus est, si debile, foemina. Et foetus ligatur in umbilico matris: & per eundē locum recipit nu- trimentum dum est in matrice. & non per os. Umbilicus em̄ foetus umbilico matris continuatur.

*De alteratione sanguinis diorumq; humorum in spermate.*

Organū spermatis sunt arteriæ & uenæ, in quibus sanguis uertitur in sperma hoc modo. sicut enim in mamillis mulierum per quandam decoctionem sanguis in lac uertitur, sic & in arterijs & uenis ad nutrimentum earum uertitur sanguis in calidam & humidam substantiam, phlegmatis habentem figuram: & nutriendo uenas, & arterias uertitur illa substantia in sperma, quod mox in caput ascendit cum magna uenarum & pororum subtilitate. Et deinde descendit per duas uenas & duas arterias ad testiculos. Solet autem contingere, quod sperma descendens à capite poros na- rium & aurium obturat ita, ut uitalis flatus exire inde uel introire nequeat. Sperma retentum præ ter naturam idem operatur, quod uenenum, crescensq; in uenis & arterijs suis, dum nequit descēdere in sanguinis massam, nimirū generat passionem in fauicibus quandam: quæ Græcæ lyco- des dicitur, Latine lupus, id est strangulator. Quod autem sperma p̄ncipaliter ex sanguine, secūdario ex alijs humoribus efficiatur: hac ratione probatur, quia in multo coitu spermate deficiēt sanguis emittitur. Si uero sperma à capite descendens non impeditur, uenit ad testiculos, ad u- num per uenam unam & arteriam, ad alium per arteriam & uenam alteram.

*De testiculorum compositione.*

Testiculi uero quatuor habent panniculos: quorum duo calorem & humorem habēt, alijs duo habent acutionem, quæ acutio sperma adiuuaret; habent quatuor uasa etiam. i. supradictas uenas, & arterias. quatuor seminaria, quorum duo ex recto semine, alia duo sunt adenes, quæ sunt attrahentia & purgatia sperma. Solet namq; cum uero spermate descendere aquosum phlegma, quod ab infirmis retinetur, & emittitur uel dormiendo, uel uigilando: quod semper liquefit. ex quo liquore acuto testiculi magnum pruritum & ardorem recipiunt, unde generatur uoluntas coeundi. Habent etiam testiculi neruos duos pendentes, & descendentes à p̄ncipali osse collī, & fun- damento corporis, per dorsum, & renes. qui nerui alios habēt neruos coniunctos alijs ossibus totius corporis. Notandum autem est, q; una uena est propria spermatis, uacula ab alijs, q; recipit id sperma à quatuor alijs uenis: illæ uero recipiunt ab alijs uenientibus ab omnibus partibus corpo- ris, & ab omnibus ossibus medullā habentibus: quæ uena ducit illud sperma ad caput, ut supra dīctum est: quarum quatuor p̄dictarum uenarum talis est natura. una est iuxta renes: altera est iux- ta cor & stomachum: tertia in pectore, & extendit uerba pulmonem: quarta est prope formosi- tatem hepatis, in quo est potestas sanguinis, unde diffunditur per totum corpus. ex cuius super- fluuitate nascuntur spasmus, apoplexia, diaphragmatis apostemata multimoda, & multæ aliæ pas- siones. In pectore uero est potestas phlegmatis, unde diffunditur per totum corpus, ex superfluita- te cuius fit asthma. (Primum em̄ asthma fit ex corruptione aeris intratis ad pulmonē: secundū uero fit ex fumositate phlegmatis ad caput ascendentē, & inde ad pulmonē redeunte) & apostema dia- phragmatis, & apostema multi generis, & aliæ passiones contrariæ musculis pectoris: qui sunt or- gana spiritus, quem ad se trahit pulmo: & à se remittit: & omnibus corde uerbū cōmittentibus, & multæ aliæ passiones. Cholera enim potestatem habet suam in renibus: unde decurrit per totū corpus. ex eius superfluuitate nascuntur passiones in renibus, & petra, sperma etiam inuiscatum, & H dolor in renibus generatur, & in ueretro: ideoq; aliquando non potest tenere urinam: uel non po- test emittere, & in omnibus neruis usq; ad pedem patitur. Renum etiam siccatio inde prouenit, unde si cum muliere iacuerit, post patitur solutionem similem debili spermati super renes, & ge- neratur apostema: ex quo aliquando procreantur uermes, & similia.

*De domicilijs humorum sperma descendens alteribus.*

Habēt aut̄ p̄fati humores, p̄prias sedes, & ab illis diuersas, de quibus diximus, in quibus suas habēt potestates. propria em̄ sanguinis sedes est hepar, phlegmatis pulmo, choleræ rubræ fel, cho- leræ nigrae splen. Ex potestate choleræ rubræ, quæ habetur in stomacho, quædam fumositas in ca- put ascendit, generans ibi dolores, diaphragmatis apostemata, & alias passiones. inde etiā descen- dit catarrhus ad pulmonē, unde nascit asthma, & phthisis, & pustulæ in pulmone. quādo aut̄ sper- ma descēdit à capite, & suscipitur à duabus uenis et à duabus arterijs supradictis, ducentibus illud ad testiculos, anteq; ad testiculos perueniat, descēdit per loca illa, in quib. supradicti humores suā exercēt potestatē, & ibi accipit naturā humoris ibi manentis. in hepate fit calidum & humidū: in pectore mutat in frigidū & humidum: in corde & stomacho, in calidū & siccū: & in renibus, in fri-gidum & siccum. Sic ergo sperma quatuor humorū qualitatibus formatū in renibus, descendit in testiculos,

**A** testiculos, ibi<sup>c</sup> mundatum & completum recipitur à matrice mulieris: sic<sup>c</sup> homo ex quatuor cōstat humoribus. in coitu igitur cuius sperma superabūdat, illi similis infans procreatur. similis matris etiam hac causa fit, quia sperma eius est nutrimentum spermatis viri. aliquā tamen uno superāte humore non est similis illi infans, cuius est sperma: nam alij humores debilitātē propter superfluitatē alterius. aliquā n. sanis genitoribus strabo infans, uel claudus, uel naso torto nascitur: propter superfluitatē humorum, uel minutionem. quia quam potestatem habet sperma in loco suo, eandē habet natura in matrice. Itē genitorum quodlibet passione aliqua occupato, infans similē trahit qualitatem. Et aliquando ex lacte matris. Sicut. n. sperma viri habet potestatem in toto corpore: ita natura potestatē habet in matrice. Sicut. n. sanguis, ex cuius subtilitate omnium fit sperma, habet potestatem eundi per corpus: ita & sperma quod inde fit, habet potestatē exeundi sine uoluntate hominis uniuersaliter, dormiendo, uel uigilando. Sicut enim natura corporis sequendo quatuor mutationes in die, mutat corpus secundum illas: sic natura mutat sperma in matrice sicut easdem mutationes. Natura humani corporis proprie dicitur subtilitas fumositatis principali sanguinis: secundario aliorum humorum: & etiā aeris agentis & cōmouentis ipsum sanguinem in uenis & arterijs: quae infixa in carne est temperamentum omnium membrorum, testante Hippocrate, q̄ natura est medijs gradus in caliditate & humiditate, & septem materierum. Unde uenit, q̄ quidam sunt cholericī: & quidam melancholici, quidam sanguinei, quidam phlegmatici. quod nū esset, omnes eiusdē essent naturæ, licet non semper. Aetas enim uel diæta, seu aliud naturas quandoq̄ reprimit: sicut qui est sanguineus, naturaliter est iracundus, tamen iram depoñit a corde procedentem naturaliter, aliqua occasione superueniente. Sic ergo natura quiescit & mutatur, sed eius proprietas est inconuertibilis. quia qui naturaliter est sanguineus, iracundus est, iram tamen deponit. Sicut enim ignis prius acuitur, & postea quiescit, non tamen amittit naturā suam: sic ille naturaliter prius acuitur, & postea quiescit, non tamen mutatur.

*De natura pueri concepti in horis sanguinis.*

In tribus horis sanguinis, sperma conceptum à muliere in sanguinis mutatur naturam, & infor matur: homo inde editus ruber est: supercilia eius grauiæ: uenæ temporum graues & plenæ: oculi sanguinei, nebulosi, passionib. semper abundantes: facies rubra, labia tenera, gingiuæ sanguineæ: s̄p̄e fluit sanguis à naribus: guttur sanguine impeditur: inde uox grauis, rauca, debilis: os, dentes, guttur, & caput s̄p̄e dolent: capilli tendunt in rubedinē: ambulatio moderata: passiones ex rheumatē sanguinis, & synochus, & alia ex sanguine procedentia.

*De natura pueri concepti in horis cholera rubre.*

In horis cholerae rubrae conceptus, rubens & citrinus, & capilli: uenæ crassæ, latæ, & plenæ, & citrinæ: color citrinus, aliquando uiridis: guttur, & os, & sputum, amara semper, & sicca: genua, crura, pedes, & ossa dolent: rheuma siccum per corpus s̄p̄e currit totum: inde nascuntur gutta, passiones uentris, dolores, ut dysenteria, transuersio uentris, lienteria: siūt in somnis pauor, in frōte dolor, ambulatio acuta.

*De natura pueri concepti in horis phlegmatis.*

Si uero in hora phlegmatis concipitur; albus, sed s̄p̄e pallidus, oculi crassi, delati, aliquādo similes oculis accipitris: palpebræ graues, capilli flavi: uox grauis, crassa: grauiter dormit, & s̄p̄e sterterit: os abūdat phlegmate: ambulatio grauis: passiones, nūmia tussis, amphimerina, asthma, apoplexia articulis, nephropoнос. i. rerum dolor, colica, uoluntas uomēdi aliquando, quartana, paralysis, solutio naturalis, & alia ex phlegmate procedentia.

*De natura pueri concepti in horis cholera nigrae.*

Si in horis cholerae nigrae, uultus niger, partim albus, oculi nigri, siccii, acuti: capilli nigri: uox subtilis, non alta: risor propter splenē, à quo procedit risus: ambulatio acuta, nō audax: passiones quartanæ, quotidianæ, mania, mentis obliuio, cardia. i. uerberatio cordis, nephropo尼亚, paralysis, phantasie, stupor mētis, omnis ossiū harmonia sibi dolet, & alia quae ex cholera n. cōtingūt.

*De natura humana, cur cunctis sit agilior.*

Perscrutati sunt philosophi medici cur naturam humorum quatuor bruta animalia non imitantur, ut de sanguine fiant sanguinea, de phlegmate phlegmatica, secundum horas, signa, planetas, & in alijs: quod sic soluitur, quia corpus hominis agiliori harmonia præditum esse necessariū est, ut facile addiscat omnem, ad quae anima intendit, phantasiam. homo enim theologus in uirtute sapientiae cum ui rationis suæ ad uniuersitatem progreditur: & ideo corpus subtile & agile suscipit, ut facile rationem speculatricem sequatur: & imaginetur omnia. sic denique fit perfectum hominis organum in theorica & practica. itaq̄ multa sua agilitate ex humoribus quando concipitur in ipsorum proprietates transfertur, & ex planetarum atq̄ signorum operatione existente uarias fortitur proprietates, ad quae brutorum corpus non sic mutatur: sed tamen ex prima illorum eis in dicta proprietate omnia unius complexionis sunt. nam brevis numerus est ei collatus. unde cum unus sit uelox alter piger, alijs parvus, alijs magnus: & in hūc modum eiusdem tamen complexionis sunt semper. Si enim ita ad plenum sequeretur numerus, ut homines alijs alij præsens & stultitia, & prudentia, cæterisq̄ id genus. Neque sicut in hominibus hora præ-

## GALENO ASRIPTVS LIBER

ualeat materiae spermatis eorum, ut conuertat illud, & firmet in humorum proprietates, quibus horae illae deputatae sunt, sed extra infirmitas & natura spermatis eorum trahit uim & dominium humorum in sui materiam: quia adeo fixum & inconuertibile est sperma eorum, ut nunquam omne, sed aliqui ex parte mutari contingat: quod in omnibus certum est: quia in tantum agile & conuertibile eorum sperma est, ut uis horarum, et dominium humorum potius preualeat spermati ad illud commutandum, quam uis spermatis illius. Nam etsi in singulis horis temporibus singuli dominentur humores in unoquoque homine, horae tamen illius semper preualeat uis, in cuius horis natus est, nam ex debilitate spermatis aliquando contingit, ut minus uigeat in homine uis humoris, in cuius horis natus est.

De immortali substantia, qualiter uisibili & mortali copuletur.

Perscrutati sunt alii philosophi Porphyrii, quo modo substantia incorporea possit uel esse uel iungi in substantia mortali: Sed non sicut quatuor elementa coniunguntur in constitutione alicuius substantiae, sed anima spiritualis uirtus sensuum corporis, qui sunt uirtus corporis, iungitur uerbo Dei. & etiam hoc causa non est extranea a cognitione, quia substantia incorporea sit humiliata ad constitutionem alterius substantiae: post cuius complexionem illa substantia tenet se in sua proprietate: & eius differentia semper similiter sit per se: & eius altitudo nunquam est accidentalis, sicut altitudo illius substantiae quam completet: & eius differentia destruit omnem accidentalem differentiationem corpoream: & nulla differentia accidentalis potest esse firma in sua substantia. Hoc dicit Porphyrius ad ostensionem coniunctionis animae cum corpore: & per hoc affirmat uerbum Dei in sapientia hominis esse: ad quod ostendendum fecit Isagoras: in quibus ostendit differentias animae firmas & immortales, & differentias corporis esse mortales.

De spiritu quid sit: & qualiter operetur in tota parte.

Spermatici spiritus uirtutes sunt tres: quarum prima, est necessitas: secunda, uirtus: tertia, organum. Necessitatis duo sunt opera: nam & calorem custodit, & spiritum animale nutrit. Virtus uero est complementum. Organum uero discernit omnia ex opere animae. Spiritus autem ille, cuius origo est a corde, porrigit se per arterias & uenas, dans in uenis sanguinem, mutando se in calorē naturalē & spiritualem uitam. Fumus autem progrediens ex calore sanguinis, est nutrimentum ipsi spiritui: qui fumus spiritualis mittit se a uenis in arterias, existens animatio totius corporis & nutrimentū: quae partim uertitur in carnem, & partim per poros mittitur ad procreationē pilorum. nec solū est fumus sanguinis, immo habet admistā sibi subtilitatem spiritus, decurrens per totū corpus. Sanguis purgatur per hepar: spiritus uero in arteriis clarificatur ex fumo caloris a corde ueniētis: cuius clarius pars ascendit per quasdam arterias ad caput: & ibi se secundario clarificat per calorē sursum, procedente a corde: & clarificatus uadit per duas arterias in neruos, qui sunt harmonia trium uentricolorum capitis usque ad animam: cui ex nimia subtilitate sui conexa est anima: per quam anima ministratphantasiā suam harmoniam totius corporis: & harmonia illa pereunti corpori. Dicunt Ammonius, Democritus, & alii cōplures, quod ille spiritus est corporeus: & ipse id est anima, hac ratione, quod ministrando phantasiā sensibus, & sensus corpori, findens se in parte dat corpori sensum. hinc etiam accidētalis probatur esse, quia harmonia capitis eo consumo necessario trahit aliū spiritum per easdem arterias ad nutrimentū animae: quia si substantialiter inesset, non esset opus alium attrahi. Vnde per hunc & ipsa anima corporea probatur. Porphyrius non considerat quidē animam, sed considerat spiritum animatum rationale, ostendens spiritum hunc in Isagogis corporeum esse ad opus animae: non ipsam animam. Sed Socrates, Plato, Aristoteles, & Theodorus Platonicus, & Andronicus peripateticus, & Porphyrius & alii cōplures unanimiter affirmant, quod nec corporea est, nec lege loci tenetur, nec scinditur: quia cum totū corpus uirtute sui illuminet ad quālibet exteriora progressa, non tamen in substantia sua aliquam scissionē patitur: & sicut aer Sole illuminatur, sic corpus anima, & sicut aer per Solis lumen primam omnium rerum confert oculis intelligentiam, sic anima corporis harmonia per spiritualem suam sapientiam lucem, & primam & secundam intelligentiam confert: & sicut lux Solis, quae incorporea est, suum compleans effectum, nullam patitur divisionem, sic & anima: sicut etiam lumen Solis, quod incorporeum est, separatur ab aere & ab omnī intelligentia oculorum sine corruptione, sic anima quae incorporea est, separatur sine corruptione a corpore. Empenmos philosophus dicit non esse mirū animam, quae est substantia incorporea, posse separari a corpore, cum ignis qui est substantia corporea, possit separari a lignis, quibus est iunctus, & reuerti in primam & propriam materiam sine sui corruptione, sicut etiam Solis lumen illustrandum hominibus sola uis uititur sua, non indigens uis alterius quam attrahat quasi ad complementū prioris uirtutis, sic & anima: dicit Aristo, in Physica esse quinq̄ partes animae, phyticon, i. nutricem, æstheticon, i. sensualem, cineticon, catatopon, i. uim ad omnia loca progrediendi: noeticon, i. intellectualem. Anima enim, quoniam generatur a natura corporis, cum natura ipsius corporis tradit ad quatuor elementa: inde ad substantias inanimatas, ut ad lapides, ferrum, aurum, propter nutrimentum: inde ad arbores, dehinc ad bestias, inde ad homines. quemadmodum, n. aqua diuiditur in partes, quae postea redeunt ad hominem: qui si bonus & purus fit, eius anima in cœlum clara redit. Sed Porphyrius non consentiens Arist. dicit quod nulla harum partiū separatur a substantia animæ, cum oēs physici dicant animam nouam de cœlo immitti, & associari spermati in matrice, uel pueris.